Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pacientes fraternitatis amatores ⁊
misericordes modesti humiles non
reddentes malum pro bono nec ma
ledictum pro maledicto sed contra
rio benedicentes quia in hoc vocati es
tis ut benedictionem hereditate possi
deatis. Qui enim vult vitam diligere
et videre dies bonos coherceat lin
guam suam a malo et labia eius ne
loquantur dolum. Declinet autem
a malo et faciat bonum inquirat
pacem et persequatur eam. Quia ocu
li domini super iustos et aures eius
in preces eorum. vultus autem dñi
super facientes mala. Et quis est qui
vobis noceat si bonimitatores
eritis. Sed et si quid patimini propter
iusticiam beati eritis. Timorem
autem eorum ne timueritis ut non
turbemini. Dominum autem christum sa
nctificate in cordibus vestris. Para
tos semper ad satisfactionem omni posci
ti vos rationem de ea que in vobis
est fide et spe. sed cum modestia
et timore et conscientiam haben
tes bonam ut in eo quod detrahunt
de vobis confundantur qui calum
niantur vestram bonam in christo con
uersationem. Melius est enim bene
facientes si velit voluntas dei pa
ti quam mala facientes quia et christus
semel pro peccatis nostris mortu
us est iustus pro iniustis ut nos
offerret deo mortificatus carne vi
uificatus autem spiritu in quo et his
qui in carcere clausi erant spiritibus
adueniens predicauit. et qui tan
dem fuerant aliquando quando exspe
tabant dei patientiam in diebus
noe cum fabricaretur archa. in qua
pauci. id est octo animae salue facte
sunt per aquam. Quod et vos nunc
similis forme saluos facit baptis
ma non carnis depositio sordium sed con
scientie bone interrogatio in deum
per resurrectionem domini nostri ihesu x̄i
qui est in dextera dei patris deglu
tiens mortem. ut in te ne heredes
efficeremur premiorum secundum spem
vite eternae.

CAPITULUM IIII

Christo igitur passo in carne ⁊ nos eadem
cogitatione armamini. quia qui
passus est in carne desinit a peccatis
ut iam non hominum desideriis sed vo
luntati dei. quod reliquum est in carne
temporis. Sufficiat in
preteritum tempus voluntatem
gentium consummasse qui ambu
lauerunt in luxuriis. desideriis in
solentiis. comessationibus potationi
bus et illicitis ydolorum cultibus in
quibus nunc obstupescunt in quo ad
luxuriam non concurrentibus vobis
in eandem luxurie confusionem. et
blasphemantes qui reddent rationem
ei qui paratus est iudicare vivos et
mortuos. Propter hoc enim et mortuis
euangelizatum est. ut iudicentur
quidem secundum homines in car
ne viuant autem secundum deum in
spiritu. Omnium autem finis appro
piabit. Estote itaque prudentes. so
bii et vigilate in orationibus. ante